www.e-rara.ch

Dissertationum theologicarum de religione communi tertia & ultima

Malacrida, Elisäus

Bernae, 1711

Kantonsbibliothek Graubünden

Shelf Mark: KBG Ba 120 (11)

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-99870

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

11 11

DISSERTATIONUM THEOLOGICARUM

De

RELIGIONE COMMUNI

TERTIA & ULTIMA,

Quam, ſpeciminis locô,

Pro conſequendo ſanæ doctrinæ Miniſterio

Favente Divinâ gratiâ

PRÆSIDE

Viro plurimùm venerando

DN. ELISÆO MALACRIDA,

V. D. M. S. S. Theologiæ in Illuſtriſſimo Bernatum Lycæo Prof. publ. ſolidiſſimo, digniſſimo p. t. Rectore &c.

Publicè defendendam ſuſcipit,

BARUCUS GIBOLLETUS Neapolitanus S. S. Theolog. Stud.

Ad diem Junij 1711. horâ locoquè ſolitis.

BERNÆ,

Ex Officina Typogr. Illuſtriſs. Reipublicæ Bernenſis. MDCCXI.

DISSERTATIONUM THEOLOGICARUM

DE

RELIGIONE COMMUNI

TERTIA & ULTIMA.

§ 1.

[illegible]

DISSERTATIONUM THEOLOGICARUM DE RELIGIONE COMMUNI.

TERTIA & ULTIMA.

§. I.

Bjectiones pro Religione Communi duas in superiori discussimus dissertatione, utramquè ex Pauli ad Romanos Epistolâ haustam, tertiam nobis Limburgius suggerit; lib. 4: c. 11. §. 9. ex Rom. 2: 14. ubi Apostolus, *Cùm enim*, inquit, *Gentes, quæ legem non habent, naturâ ea quæ legis sunt faciunt &c.* Unde hic colligit Author, *Gentes & naturali rationis lumine & generali illâ gratia, quæ ex operibus Dei percipitur, eatenus potuisse honestati operam dare, ut eorum conscientia ipsos coram Deo ùt criminum graviorum non reos absolvat.* At hunc certé locum nec Limburgium nec ὁμοψήφους juvare, hanc regerimus ob causam, quòd hæc lex vel

 intelli-

intelligatur *Civilis*, quâ tot honeſtatis præcepta Sapientes Legislatores, cùm Græci tùm Romani, præſcripſere, ut omnem certè rationis vim in illa tradenda adhibuiſſe & exercuiſſe videantur; at hæc Lex ad ſalutem confert Civilem, non verò Spiritualem & æternam; vel *Moralis* ſeu naturalis, quòd poſterius eſt ſimilius vero, cùm Apoſtolus de lege loquatur cordibus eorum inſcripta, conſcientia teſtimonium ipſis reddente & *inter ſe invicem cogitationibus accuſantibus aut etiam defendentibus*; de hac igitur Lege dicit, Paulus, facere Gentes *quæ illius ſunt*; at non dicit, facere ea quæ lex jubet; hoc enim eſt legi ἀδύνατον. Rom. 8: 3. ſed *legis opus*, ut dicitur. vers. ſeq. hoc eſt, id quòd lex facit; at quid facit lex? Jubet, convincit, damnat, punit; hoc modò faciebant ea quæ ſunt legis, *cogitationibus* nim. ſe *invicem accuſantibus* aut *etiam defendentibus*; Tales erant Ethnici & etiamnum ſunt, ſimul ac adoleſcere incipiunt, adverſus ſeipſos æquè ac adverſus alios, ea quæ legis ſunt, facientes: Tales, ùt vel ipſe loquitur Curcellæus, in Diſſertatione citatâ, *plerique erant Philoſophi, qui præclarè quidem de virtute diſſerebant, ſed tamen ſanctiorem cæteris vitam non ducebant, qui Curios ſimulant & Bachanalia vivunt*; unde præclarè rurſus in locum iſtum Calvinus, Inſt. lib. 2. cap. 2. §. 22. *Nos verò*, inquit, *expendamus, quorſum indita hominibus hæc legis notitia fuerit; tum protinus apparebit, quouſque illos ad rationis veritatisque ſcopum deducat; id quoque ex Pauli verbis liquet, ſi quis diſpoſitionem obſervet. Dixerat paulò antè, eos qui in Lege peccaverunt,*

per

per Legem judicari ; qui sine Lege peccaverunt, sine Lege perire. Hoc quia poterat absurdum videri , ut sine ullo judicio præcedente Gentes pereant , continuò subjicit , suam illis conscientiam esse vice Legis, adeoquè ad justam earum damnationem sufficere. Finis ergò Legis naturalis est , ut reddatur homo inexcusabilis. Huic libenter sententiæ adversus Communem Religionem sententiamquè Remonstrantium subscribimus, cùm juxtà Scripturam Deut. 27: 26. à Lege nil nisi condemnationem habeat homo, & *ex Lege nulla apud Deum caro justificari possit*, unde *ex fide vivere Justum* colligit *Apostolus*, Gal. 3: 11.

§. II.

Quartum objectat locum Episcopius. Instit. Theol. lib. 1. cap. 6. ex Heb. 11:6. πιςεῦσαι γὰρ δεῖ τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ, ὅτι ἐςὶ, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται. Ubi *per fidem* docet *isto in loco non necessariò intelligi assensum, qui revelationi* adhibetur, *sed assensum quemlibet animi firmum, sive is adhibeatur revelationi falsæ, sive rationi rectæ, sive utriquè simul.* Et sibi idem Author persuadet, *posteriori sensu hoc locò accipi istam phrasin, credere Deum esse & præmia largiri quærentibus.* Hujus suæ persuasionis tres subjungit rationes. 1. Quòd nuspiam sub his terminis revelatio fiat, *Deus est.* 2. Quòd Dei Existentia credatur à multis, quibus tamen nulla facta fuit revelatio. 3. Quòd in hoc capite fides eorum commendetur qui firmiter crediderunt, Deum cultûs sui remuneratorem futurum, nulla ad id credendum Divinâ revelatione aut pro-

missione, sed solâ rectâ ratione adducti, quòd scil. id ipsum Dei æquitatem & justitiam deceret; quæ postrema Episcopij ratio fusè superius discussa fuit.

§. III.

Ad duas priores Responsio quoquè est facillima, 1° enim ea hic intelligenda est fides, quam Apostolus in capitis hujus vertice definit, ἐλπιζομένων ὑπόστασιν, πραγμάτων ἔλεγχον οὐ βλεπομένων. Ratione verò nudâ talis non nititur fides, cùm Ratio ὑπόστασις non sit ἐλπιζομένων *rerum speratarum*, quas revelatas promissasquè esse oportet; quales fuisse eas omninò certum est, quas Patres in capite isto memorati speraverant, adventum nimirum filij Dei in carnem, capitis Serpentis per eum contritionem vitamquè æternam; nec Ratio sit ἔλεγχος πραγμάτων οὐ βλεπομένων, *demonstratio rerum non visarum*, qualis est exempli causâ *justificatio*; vide Celeb. Cocc. in *fœdere*. §. 308. ut absurdus sit omninò Curcellæus in sua *de Necessitate cognitionis Christi* dissertatione §. 28. *hancce subsistentiam rerum sperandarum & demonstrationem non apparentium* ex operum Creationis cognitione & exemplorum providentiæ Dei in remunerandis probis & puniendis improbis observatione unicè deducens, talemquè fidem à cognitione Jesu Christi promissionequè Evangelij separans. Vel an hæcce versûs primi hujus capitis fides alia est quàm ea, de qua in versu præcedentis capitis ultimo, atquè adeò in versu immediatè præcedente, ubi dixerat Apostolus; *At nos non ὑ*

sumus

ſumus, qui nos ſubducamus ad exitium, ſed qui habemus *fidem ad animæ ſalutem?* vel an alia quàm quæ in verſu penultimo ejusdem capitis occurrit, ubi ex Habac. 2: 4. dicit Apoſtolus, ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται; quam prorſùs ad Evangelium refert Paulus, Rom. 1: 16. 17. vel an iſto modo verborum Spiritus Sancti ordo turbandus eſt, ut de alia fide in verſibus immediatè præcedentibus, de alia verò in proximè ſequente ſermo eſſe ſtatuatur, eum tantùm in finem, ut ſuæ quis hypotheſi ſervire queat? hæccine eſt illa Scripturarum Reverentia, quam tantoperè jactant Remonſtrantes? Aliter longè Calvinus de hac fide philoſophatur, docens, Apoſtolum eam ὑπόστασιν τῶν ἐλπιζομένων vocaſſe, ut *ſignificaret ad ſupremum uſquè diem quo libri aperientur, ſublimiora eſſe, quam quæ ſenſu noſtro percipi, aut oculis ſpectari, manuquè contrectari poſſint, eaquè non aliter interim poſſideri à nobis, quam ſi captum omnem ingenij noſtri excedamus, at ſuprà omnia, quæ in mundo ſunt, aciem noſtram intendamus, nos deniquè ipſos ſuperemus.* Inſtit. lib. 3. cap. 2. §. 41. Syrus interpres egregie quoquè verba Græca reddit. אִיתַיוּתָא דְּיִן תְּיַמְנוּתָא פִּיסָא עַל אִילֵּין דְּא יִתְיְהוּן בְּסַכְּרָא אֵיךְ הָוֹ דַּהֲוֵי לְהֵיוֹן בְּסוּעַרְנָא: *Eſt autem fides perſuaſio de illis, quæ ſunt in ſpe ac ſi eſſent in effectu.* Curcellæi verò fides eſt de effectu, non verò de ſpe.

persuasio
פִּיסָא à פַּיֵּס Chald. pa-hel, placare, persuadere
סוּעַרְנָא Spes, expectatio à סְעַר Chald. et Syr. cogitare sperare. In regulari forma Sperare.
מַעֲבָדָא Opus, effectus.
סְעוּרָא Visitatio. à סְעַר Ch. et Syr. Visitare cu-ram alicui rei habere, fecit, egit, operatus est, ut op. Syros.

§. IV.

2° Reſpondemus, loqui Apoſtolum de πρὸς τὸν ἐρχόμενον τῷ Θεῷ de *accedente ad Deum*; ſed quis intel-

telligitur per eum, an qui rectæ rationis usu accedit ad Deum colendum, ùt vult Episcopius? annon ille potiùs, quem idem in eadem Epistola designat Hebræorum Doctor cap. 4: 16. ubi προσερχώμεθα οὖν, inquit, μετὰ παρρησίας τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος? sed an tales non sunt, qui fidem suam collocant in *Pontifice illo Magno transeunte cœlos Jesu filio Dei?* ℣. 14. vel annon ille, de quo cap. 7: 25. *Unde & servare* (inquit Apost.) *perfectè potest* τὰς προσερχομένους δι' αὐτοῦ τῷ Θεῷ? Quis autem intelligendus venit δι' αὐτοῦ *per eum*? annon Jesus *sponsor factus*, qui *perpetuum habet sacerdotium*, de quo in duobus præcedentibus versibus sermo est, per quem Deus nobis est adeundus? vel deniquè annon ille, quem idem denotat Scriptor, cap. 10: 19. dicens; *Quum igitur, fratres, habeamus* παρρησίαν *libertatem ingrediendi Sacrarium per sanguinem Jesu &c.*? Nisi ergò hoc caput undecimum à præcedentibus planè capitibus resectum & disjunctum velimus, eundem simili phrasi in eodem sæpiùs scripto occurrenti sensum dare tenemur, qui est, ad Deum nisi per Christi Sanguinem & fidem in ipsum nullum patere accessum.

§. V.

30 Credere quidem oportet, ὅτι ἐστὶ, *quòd sit*, scil. Deus, at hæc in Scriptura phrasis nequaquàm solam Dei Existentiam denotat, quam multis argumentis solet adstruere Philosophus, sed nomen omninò augustissimum אלהים importat, quo

Deus

Deus promittit, se velle cum peccatore fœdus habere, se ejus velle justitiam fieri, atquè sic eum justificare & sanctificare, adeò ut peccator alioquin omnium Creaturarum miserrima, ceu iræ filius & damnationis reus in ipso deliciari, eiquè gratias agere queat. Istud sanè Deus Abrahamo clarissimè his significavit verbis, *fiam tibi in Deum.* Gen. 17:7. Itaquè *Credere Deum esse* idem est quod credere attributa Dei omnia, & ea nominatim quæ ad justificationem peccatoris respectum habent, atquè adeò credere ejus sufficientiam *justificandi impium*, ad quem propterea accedere homo debeat, id est, eum quærere ut talem, ejus esurire justitiam, eum amare & glorificare, unde dicitur אלהי צדקי *Deus justitiæ meæ*, vel Deus meus qui es Deus justitiæ: quod idem est, ac יהוה צדקנו Jer. 23:6. unde Elias Hutterus in versione sua Hebraica hæc verba ὅτι ἐς ὶ ita exprimit, כי יהוה הוא *quòd sit Jehova*; quæ explicatio augustior est quàm illa adversariorum, quâ ad Deum illi Creatorem, non peccatoris sanctificatorem hæc torquere verba vellent.

§. VI.

Sed 4° *credere oportet*, *quòd Deus* τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται, at verò remunerator illis est Deus, qui cum παρρησίᾳ ac plenâ fide in Christum ad eum accedunt, veluti Apostolus ipse talem in suis habuit vinculis; unde Hebræos commonefacit, ut ne suam abijciant parrhesiam, ceu quæ habeat μισθαποδοσίαν μεγάλην Heb. 10:35. cujus subijcit ra-

 tionem

tionem ℣. 37. quando dicit, Ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον ὅσον, ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ. Quis ergò ille & qualis est μισθαποδότης & quinam sunt ejus ἐκζητοῦντες, quorum est remunerator? Annon Christus venturus ad judicandum vivos & mortuos & fideles communionem per fidem cum ipso habentes? Annon ille qui dicit, *Ecce ego venio citò καὶ ὁ μισθός μου μετ' ἐμοῦ* & *merces mea mecum?* Apoc. 22: 12. μισθός verò ille non datur τῷ ἐργαζομένῳ, sed τῷ πιστεύοντι, cujus *fides imputatur in justitiam:* quod discas ex Paulo. Rom. 4: 4. 5.

§. VII.

His omnibus ex Scriptura & speciatim ex ipsa hac Epistola evidenter demonstratis, annon mirari subit, tales in Christianorum cœtu reperiri doctores, qui veluti Remonstrantes & nominatim Curcellæus Inst. lib. 7. cap. 6. §. 13. in medio, & Limburgius Theol. Chr. lib. 5. cap. 22. §. 1. sub initium, fidem distinguunt in illam *in Deum Creatorem universi, omnia providentiâ suâ administrantem, & illam in Christum;* ut illa ad salutem sit absolutè necessaria, hæc non nisi ex revelatione Divina? Quam hæc distinctio sit à Christi Theologia aliena, patet ex ejusdem Doctoris Cœlestis verbis, Discipulos suos ita erigentis; Joh. 14: 1. *Ne turbetur Cor vestrum, creditis in Deum, etiam in me creditis.* Hoc annon omni tempore verum fuisse dicendum est? Porrò ℣. 6. 7. dicit, οὐδεὶς *nemo venit ad patrem nisi per me:* At concedunt istud Remonstrantes, docen-

tes

tes, neminem fieri salvum, nisi *intuitû Christi*, quanquàm non sine cognitione Christi. Verùm audi verba immediatè sequentia; *si me cognoveritis & Patrem cognoveritis*: nulla igitur est fides salutaris in Deum, nisi cum fide in Christum conjuncta sit; nisi enim quis cognoverit Christum, nec cognovit patrem; In Deum igitur credere nemo potest nisi per Christum ceu unicam ad patrem viam.

§. VIII.

Ultimum superest argumentum, quod in dissertatione totiens allegata §. 32. 33. 34. 36. submiistrat nobis Curcellæus, à varijs illorum exemplis desumptum, quibus ad æternæ salutis consecutionem non Revelatio, sed rectæ Rationis usus contigerit. In exemplorum frontispicio occurrit *Melchisedecus*; de quo hic Remonstrantium Doctor sequentia habet: *Tempore Abrahami vivebat Melchisedec Rex Salem, Vir pius & Sacerdos Dei Altissimi, cui Abraham decimas Manubiarum ex hostibus suis reportatarum persolvit & qui tanquam major & præstantior Abrahamo benedixit, Gen. 14. qui etiam Christi & Sacerdotij ejus æterni typus fuit. Psal. 110. Heb. 7. Sub tam pio autem Rege & Sacerdote, nullos fuisse homines Dei timentes, qui ipsius vestigia premerent, incredibile est.* Juxtà quam Sententiam Religio subditorum fuit Religio quoquè Principis, dicuntur quippe subditi, Regis pressisse vestigia; At subditorum Dei Timor vel Religio fuit naturalis & communis, non verò aliundè, ex promissione vel

 Re-

Revelatione aliqua hausta; talem igitur & Melchisedeci fuisse oportet; sed quæro, 1° Si hoc verum esset, quô jure Rex iste vocaretur כהן לאל עליון ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, ut vertunt LXX. Hic ὕψιστος quis fuit, an Deus Creator? ita vellet suis hypothesibus convenienter Curcellæus: Sed obstat Scriptura, ubi Christus non duntaxat dicitur υἱὸς ὑψίστου Luc. 1: 32. Sed & factus Ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Hebr. 5: 6. 10. c. 7: 17. ut adeò ejusdem omninò Dei Sacerdos fuerit Christus & Melchisedec illius Typus, nim. non Dei Creatoris, sed Dei impium *justificare* volentis; Rom. 4: 5. 2° Qua quis ratione juxtà Scripturam dicitur כהן Sacerdos Dei? Annon הכהנים *Sacerdotes* sunt הנגשים אל יהוה *qui accedunt ad Jehovam*? Exod. 19: 22. Tales verò an solo Rationis dictamine, annon promissione potiùs, Revelatione divinâ atquè familiaritate cum Deo uti fruiquè dicendi sunt? 3° Melchisedec fuit ex Noachi πίστει χρηματισθέντος Nepotibus unus, vel ipsissimus, ut nonnulli hariolantur, Dei filius: Eadem autem πίστει & χρηματισμῷ seu Revelatione, quô jure hic *Salemi* Princeps & Sacerdos destitui potest? Si verò Melchisedeci Religio ex eodem fluxit Revelationis Promissionisquè fonte, ex quo Patriarcharum illa, ex eodem fluxisse quoquè oportet Religionem subditorum, si verè hi fuerunt Dei Timentes, salutisquè viam calcarunt; proindè presserunt & illi Principis fidelis vestigia, quæ fuerunt vestigia fidei seminis mulieris, futuri Pontificis, Christi Servatoris, cujus typum gessit Melchisedec: si verò non fuerunt verè Dei Timentes

Jobi Librum historiam, non fabulam vel parabolam complecti probant seqq. 1.° quia narrat res quocunq; scriptore gesta; Vir erat in Terra Utz, Jobi nomine. 2.° qa Cirstiae addunt hoticae, nominis, habitationis, Integritis, opulentiae, Dignitatis, malorum, cognationis, Uxoris, Liberorum, totius vitae et mortis. Amicorum officia, Nomen, genus, habitatio. filiarum item Jobi à restitutione nomina, Conditio, Dotatio. Numerus ovium, Bovum, Camelorum, Asinarum, Liberorum, Annorum felicioris vitae &c. adde res quasdam Singulares et insigniores, Jobo q̃ ghgerunt. ut extarent in illis morum praecepta, et providiae Graecae documenta. 3.° qa exprimunt Nomina propria seu Regionum, s. amicorum, sive filiarum Jobi, nota vel ex sacris litteris, vel et ex scriptis extoticis. sic designata Uts in Orientalibus celeberrima. Sic Regio Sabaeorum item Chaldaeorum, Themanensium &c. porro nomen Eliphazi Themanitae ex posteris Esavi, Eliphazi et Themanis; Gen: 36:4.10.11.15 ita nomen Bildad cui cognomen Suchites à Sucho Abrahamo ex Kethura genito. Sic Elihu cognomine Buzita ex Buzo at nomina illa facere appellativa, ut איוב sit Vir dolens, est ἀπροσδιόνυσον. memorat n. Job in alijs scrae locis, et apud Arabes Ajoub est familiarissimum nomen, familijs quibusd. proprium. 4.° qa fidem facit historiae totius perpetua probabilitas, ex Viri Pij Calamitatibus, patientiâ in ijs et p'urimis alijs. 5.° quia Ezech. 14:14. et Jacob. c. 5:11. eius mentionem faciunt, ut Viri integritatis, sanctitatis patientiae.

tes, pro nudo Rationis dictamine nulla inde consequentia ritè deducitur. Quicquid sit, id ad summum inde eruitur, extra Patriarcharum illorum, ex quorum Carne *Semen Mulieris*, Christus nasciturus erat, familias non defuisse, quibus innotesceret Promissio, quò jam Melchisedecus, quiquè cum ipso faciebant, referendi omninò sunt.

§. IX.

Sed ad Jobum ejusquè amicos prosiliamus visuri, quid ex istis Curcellæus exemplis faciat lucri; persuasissimum ei est, suam hisce sententiam mirum in modum adstrui; De ijs autem hæc sunt ejus verba: *Non diù post* (putà Jacobum) *vixit Jobus & ejus Amici, qui quàm eximia Dei cognitione & pietate præditi essent, totus Jobi liber fidem facit;* At quæ hujus cognitionis pietatisquè fulcra fuerunt? an dictamen Rationis fidesquè in Creatorem tantùm, hujusquè misericordiam generalem, nulla vel Patrum traditione vel revelatione divinitùs factâ vel internâ Spiritus Sancti illuminatione interveniente? Hoc vellet Remonstrantium Magister. At huic breviter errori opponimus, 1° Jobum, stante hâc sententiâ, cum Noacho & Elia eadem Justitiæ laude commendari non potuisse, Ezech. 14: 14. 2° Jobo homini ex Abrahami scholâ emergenti Divinam Patrûm traditionem, salutaremquè institutionem non defuisse. 3. Ex ista Majorum traditione tanquàm verbo ἀγράφῳ Jobum amicosquè suum derivasse cultum, hinc ex Dei mandato sacrificaturos

caturos, gratosquè Deo futuros. Job. 42: 8, 9. Quæ sacrificia fuere testimonia fidei in suum Antitypon, in מלאך מליץ *Angelum advocatum, unum ex mille*, qui *indicat homini rectitudinem & de gratiâ eum alloquens dicit; Redime eum, ne descendat in foveam* מצאתי כפר *inveni lytron.* Job. 33: 23. 24. atquè adeò in Christum Mundi Redemtorem, 4. Ex eadem rursùs schola non ex Rationis instinctu, naturæquè dictamine Jobum suam hausisse Theologiam primariaquè fidei capita, ùt de Dei sanctitate, justitia punitiva & misericordia, de Personarum in Divinis Trinitate, saltem pluralitate, Job. 19: 25. & 26: 13. & 33: 4. porrò de Creatione totius universi, de speciali Dei Providentia, de Angelorum Ministerio, de nativa hominis corruptione sive Peccato Originali, Job. 14: 1--4. de quo & *Eliphaz* & *Bildad* Job. 5: 7. & 25: 4. Præsertim de hominis peccatoris coram Deo Justificatione ex mera gratia, ejusquè fiducia in solo Deo collocanda; quò jam faciunt Jobi loca de certitudine remissionis peccatorum, de fide Redemptoris, de Divinæ gratiæ sensu, de mortuorum Resurrectione. Job. 6: 10. & 9: 35. & 10: 12. & 13: 16, & 19: 25. &c.

Jobi: 4: 17. c. 15. c. 25: 4.

§. X.

Sed Rationis dictamini, quô usos solô fuisse Jobum & Amicos, docet Curcellæus & ὁμοψήφοι, contraria quoquè sunt tot somnia, visiones, signa vel auribus vel oculis objecta, quò jam meritò trahenda est Dei ad Jobum Oratio, Job. 38. & seq. quâ errantem reducit labantemquè erigit, vide præsertim

Job.

Contra historiam Jobi afferuntur seqq. I. quod Josephus in Antiquit. eius non
meminerit. Ro. id factum ob scriptoris scopum, qui sacrae Judaicae traditio et deliqui-
cum quibus Jobi historia nihil commune habet. II. Incertitudo loci et temporis. Ro. loci
designat in terra Vtz. Tempus qd. non expressum, attamen ex circumstantiis in obscurum
medium scil. inter res in Genesi et Exodo memoratas. aliqui finite qd libro Ruth, Jona,
historia mentis Ephraimidarum tribuendum. III. qd incredibilia ibi contineant, ut illa in
Satana et Deum ipsum Ro. Deus tentatori Satana ad ipsum permisit Jobum, ubi miraculosa
Dei elementa, ut et justitia, Gratia, Caelera supt defunta ex lingua filiorum
hominum בני אדם בשמים. IV. qd. qdam ibi tradita sint allegorice. Ro. affir-
mo. Ita an obstant traditi historiae, hanc casus descripti sunt ad literam; arcana
quoque providentiae descripta per capitulum. V. qd. haec res sit dramatica narratione, ut
solent Poetae. R. non mirum est historia, ut Strabo Geogr. l. 1. testatur de Homero, et
ἔδαφος παρὰ τὴν ἱστορίας λόγον ἀεργάσ. Artes et observavit, Tragoediae fundum ea
historia, imo fabula Graecum ex vero et ficto. VI. Animosa pudore prosuit, dicens: Genthilium
poesin affectare videt hic liber. Trad. Theol. Pol. Sed. Spanh. historiam Jobi c. 1. p. 45.

De Jobi Genere, Pisimillimum, vel Jobum ex Nachore, fratre
Abrahami accessere genus, cui fuerunt filij Uz, Buz, Chesed, Gen. 22: 21. 22.
vel ex Abrahamo ipso, ex uxore Kethura, cujus filij et nepotes recensentur Gen.
25: 2. 3. Pietate amplexit Hieron. et cum plurimis alij. Ratio 1. Jobi sedes
Vtz, ab Utso Nachoris primogenito et familia principe. 2. Ex eadem Nachoro
gentilis fuit Buz, frater Usi Gen. 22: 21. hinc Eliku Buzites, hinc Jobi cognati
et vicinus. 3. Ex eod Nachore fuit Chesed Gen. 22: 22. quo referendi illi
Chasdim de quibus Job: 1: 17. Jobo proximi vicini. Ex hac Nachori familia
fuit sua pietatis semina Jobus sumsit qd. primum Nachor Idololatra, qui in Chal-
daea agebat. Jos. 24: 2. Ita revocatus est ad sedem Dei Numinis, hinc a Chaldaea
in Mesopotamia transiit, sive cum Thara Patre, sive deinde sequens Abrahami
Gen. 29: 10. c. 31: 50. 53. reliquis in eius familia Idololatria obscuriori
vestigio. Posteriorem sententiam, quae vel Jobum esse ex Kethura
et sic ex Abrahamo, viri doctissimi defendunt ex Anglia et Belgio tres sit,
1. qa alter Amicorum Jobi seu Cognatorum Bildad Suchites, Arabia, idem incola
ab eo Sucho Abrahamo genito. Gen. 25: 2. ita Buzites a Buzo, ut Midianitae
a Midiane. 2. ex eadem Kethura ab Seba, v. Sheba. Gen. 25: 3.
a quo Sabaei Idolatres Job: 1: 15. qui ad terram Uz referendi, hinc colligit
eorum unitas sanguinis. 3. disertae Kethuraei diversi delegati in Orien-
tem, et plagam illa occupasse. Gen. 25: 6. quibus sedibus in Oriente, ubi eras
Arabia et adjacens Mesopotamia, ubi Jobi sedes, unusqui populi fuerunt
vel ex Kethura, vel ex Nachore, hinc eoi nomine dicti Arabes, uti
idem mirum miraculum, cur tanta fuerit Jobi pietas, ubi strivedi ex Abrahamo.

Ex locis ex Jobo citatis existimo ipsum illum Job: 19: 25, 26, 27. ubi fides eius
Septuag. Venturi Redemptoris et Resurrectionis corporis. Locum de prima Jobi restitutione explicant, alij adeo de Deo Victore hostium et liberatore
in temporalibus, Drusius, Mercerus, Grotius et alij novatores. Sed opponimus
1. Jobi magnificam ipsam Psalm 23. 29. O si quis jam daret, ut scriberentur in pulvere
ulti obser. 1. Rei Momentum. 2. observandum in Ipsum, sc. illius quia jam dictum est.
2. Messiam 3. Redemptorem hic respici. quod docemur ex multis
1. ex vr 3,ra. גואל. Cognatus, jus redimendi habens, pretium
quale posuit Job. 33. 24. quale Ruthoviis. Reb. 9: 15. et Ps. 72. 10. et victoriam in
Jewbu ἐνεφανεστ, quod ipse ac Mazati Cophor. Messiam vocat Goel et Jacob
Gen. 48: 16. quem vocat אלהים et יהוה. ita David. Psal. 74. 2. Psal. 119: 154.
2. id docent Chrysostomus lectus: a. Jobi fiducia ישועה, et hoc de Creatore quia
nostrum illustrum, ita nihil singulare diceret, b. de Redemptore ex resuscitatio in vita
ex vocat מגאלי חי Viventem tm Red. sed Vivificantem mortuus, vel Creator
ζωοπ. Act: 3: 15.
et ultimus sc. Victor et vivens pulvis omnes
reliquos obsorpsit, vel postremo, in supremo die. מעל עפר יקום constructo
cum עפר, meton. pro hominibus in pulvere redactis et ex pulvere suscitandis.
quod mea victoria, quia ἐχθρὸς ἐκ δεξιῶν καθεζόμενος ὁ διάβολος. 1. Par. 15: 26.
c. Visio Jobi, qua visus est ipse illum de Redemptore, hic illum de
e carne mea. עיני ראו ולא זר oculi mei videbunt. quia de Redemptore, in qua visione
et visio illustra, quia fuerit post corrosionem, et id existimo in pulvere, in qua visione
attribuit Jobus suprema sua felicitatem felicitati suae futuriae, in his כלה כליותי
בחקי בקרבי Consumunt renes mei in sinu meo, sc. ex magnitudine desiderij
et ardore expectationis. Renes n. sunt affectus et desideria.
Hieron. ad Pamach. de error. Joh. Hieron. Quid hac prophetia manifestius? nullus tam
apertè post Christum, quam iste ante Christum de resurrectione loquitur. quod veri Judaei
recentiores hoc loco in ulantur et asserendo Jobum mortuorum, quod objicit Gnot.
ratio est, quod Jobum in Gentilibus Rant, qui Resurrectionem ambiguam faciunt

Jobo f. Mose ve-
tustior. Lutherus
n. de Jobo, sed de libro Jobi
dixit, historiam Jobi scriptisse Salo-
monem, ut antiquissimam et tralatitiam
1. quod exitu Israelitarum vetustior sed
Abrahamo junior, f. consentiunt viri
fere omnes eruditi, prisci et recentes.
2. ut evincit Genus et familia Jobi et ami-
corum, ~~vel~~ ex Nachore et Esavo prioribus.
3. facultates quasque .. pecudes, cameli, boves et
plane ut opes Abrah. Lothi, Isaaci, Jacobi,
Esavi, Labanis, commendatorum à repecuaria.
3. Jobi sacrificia, in privatis aedibus, volun-
taria devotione; ministro n. peculiari sa-
cerdote sed patrefamilias, ut Noacho
prid. et Abrahamo, deps Mose, Jethrone,
4. Silentium in Jobo Miraculorum in Ae-
gypto patratorum &c. vel aliarum rerum
quae acciderunt Israelitis in Aegypto v. extra.
quibus tamen sua Jobus dicta roborare puniet.
at amici Jobi respexerunt ad diluvium a-
liasque antiquiores hominas.
5. antiquissimum idololatriae genus, quod detestatur
Jobus, invocatio solis et lunae, manu ad
os admota, per modum osculi. Job. 31: 26.
27. deps dans occasionem sydera, ignem,
elementa et adorandi.
6. Revelationum frequentia ex
modus. parciores deps erant
à Mosis excessu.
7. Longaevitas Jobi ad 200. cir-
citer annos. sed 140. supra
testitudinem. Abraham denatus
175. Isaacus, 180. Jac. 147.
Joseph. 110. Levi 137. Moses
120. Josua 110. hinc Grotius
vult Jobum ad minime coaevum
Mosi fuisse.

Madame La
Tillier.

quin et hoīem seu subjectū
legis naturæ observandæ capax
et idoneū, quale fuerat in statu
instituto, cum hoīe seu subjecto
per peccatū corrupto et legis ob-
servandæ, seu conditionis vitæ
implendæ incapaci et inidoneo,

Job. 42: 5. 7. ubi compellatio Eliphazi similis', & delicti officijquè admonitio; Contrariæ illi sunt divinæ quoquè Revelationes, veluti illa Job. 4: 12. ubi Eliphaz meminit Dei sese vigilantem & trementem nocte concubiâ vivâ voce compellantis; & Job. 33: 15. testatur Elihu, revelare Deum hominibus per somnia, visionesquè nocturnas in dormitationibus super cubile ea, quæ illis seu instruendis seu periculi admonendis & liberandis conducerent; ubi ergò Jobi Amicorumquè Religio naturalis, cùm triplici aliâ viâ ad salutarem Dei cognitionem antè legem scriptam pervenire pijs licuerit, revelationibus nim. Dei externis seu apparitionibus, inspiratione Spiritus Sancti internâ, traditionibus deniquè Patriarcharum?

§. XI.

Quô jam observatô facilis est ad similia exempla ab Adversarijs allegari solita responsio, quale inter alia illud est *Jethronis* Soceri Mosis ex Midiane quarto Abrahami ex Kethura filio. Gen. 25: 2. oriundi, qui non aliô quàm instinctu Rationis, postquàm tot à Deo Israeli collata beneficia inaudivisset, impulsus dicere non potuisset, *benedictus Jehova, qui eripuit vos è manu Ægyptiorum & Pharaonis; nunc agnosco magnum esse Jehovam præ omnibus Dijs; nec holocaustum & victimas Deo obtulisset*, accedentibus Aharone omnibusquè senioribus populi, *ad panem cum eodem comedendum coram Deo.* Exod. 18: 10. 11. 12. id facturis nunquam, si sacrificium ejus Idololatriâ pollutum fuisset. Unde in eadem, quâ instructum suprà

prà diximus Jobum, ſchola eruditum fuiſſe Jethronem oportet.

§. XII.

Ex reliquis poſt tempora Moſis duo maximè exempla conſpicua ſunt, quæ aliquam videntur ſpeciem habere, *Rahabæ* nim. & *Nahamanis*, juxtà Adverſariorum ſententiam ſolô Rationis ductu Deum colentium pietatemquè exercentium. Sed *Rachabam* quod concernit, teſtimonium de ea Apoſtoli extat Heb. 11:31. quòd *per fidem non perierit, quùm pacificè excepiſſet hoſpitio exploratores.* At quæ erat illa fides, an in Deum Creatorem, non verò in Deum Redemtorem? Contrarium non tantùm ex toto hujus capitis contextu, ſed ipſa quoquè hujus meretricis pateſcit confeſſione, exploratores his verbis alloquentis, *Novi* כי נתן יהוה לכם את הארץ *quòd Jehova dederit vobis terram hanc, tùm quia irruit terror veſtri ſuper nos, tùm quia diffluxerunt omnes habitatores iſtius terræ metû veſtri. Audivimus enim, quomodo areſecit Jehova aquas maris algoſi propter vos quod audientibus nobis liqueſactum eſt cor noſtrum, nam Jehova Deus veſter eſt Deus in cœlis ſuprà & in terris infrà.* Joſ. 2: 9. 10. 11. Deum Iſraelitarum vocat *Jehovam*, quem fictitijs Dijs omnibus opponit; quem Deum in cœlis eſſe, perſuaſum habet, ùt qui cœleſtes hominum animos pro ſuo nutu regat, dum alios pavore conſternet, alios ſortitudine firmet; in terra verò ùt qui terrena omnia pro ſuo arbitrio diſpenſet, alijs auferat, alijs aſſignet: De eo *noverat*, quòd *tradide-*

rit

rit Israëlitis terram, at non *naturali* notitiâ, quâ contrarium potiùs colligere potuisset, quoniam Cananæi erant numerosissimi & ferocissimi, eorumquè loca munitissima, Hebræi verò extorres, egeni & 40. annorum miserijs fracti; sed *supernaturali*, quâ Deum Hebræorum immensum & omnipotentem, adeoquè verum, partim ex miraculis, ceu causa impulsiva externa, partim & quidem præcipuè ex illuminatione & operatione interna Spiritus Sancti tanquàm Spiritus fidei cognovit; hinc irruisse in eos *terrorem* dicit, terrorem autem supernaturaliter immissum, juxta Dei ipsius prædictionem Exod. 23: 27. *Terrorem mei præmittam ante faciem tuam*, &c. & Deut. 11: 25. *pavorem vestri*, inquit Deus, *timoremquè vestri indet Jehova Deus vester super faciem totius terræ quam calcabitis:* Ubi omnia divina & supernaturalia sunt, nihil quod naturæ soli vel rationi tribui posset.

§. XIII.

De *Nahamane* Syro legimus 2. Reg. 5: 1. ceu *Viro magno apud Dominum suum & accepto, quia per eum ediderat Jehova salutem Syriæ.* In hanc rem H. Grotius ex Scriptore Libri de *Vocatione Gentium; Licet*, inquit, *Deus exceptum sibi populum specialibus ad pietatem duxerit institutis, nulli tamen nationi hominum bonitatis suæ dona subtraxit;* quod ipsum est quod Arminij pertendunt Discipuli. Contrà verò dicimus, prout divino miraculo mundatum fuit Nahamanis corpus, ita & animam ejus gratiâ speciali fuisse conversam, dum dicit הנה נא ידעתי *Ecce nunc*

 novi

novî, nullum in tota terra esse Deum quàm in Israële, ℣. 15. & quidem Deum Prophetæ Elisæi, sanè non illos qui in Israele colebantur per Idololatriam tunc in vitulis Baale &c. usitatam; quod rursus opus Rationis non fuisse vel exinde liquet, quòd Nahaman Ratione utens voci Prophetæ se se in Jordane septies lavari jubentis obtemperare cum indignatione detrectaverit; at Rationem valere jubens & servorum suorum precibus locum dans secundùm Prophetæ verbum septies se in Jordanem immersit, quô factô carnem suam illicò restitutam vidit. Opus autem Rationis longè minùs fuit, quòd ad Prophetam dixerit idem, *non est facturus ampliùs servus tuus holocaustum aut sacrificium Dijs alienis, sed Jehovæ*, ℣. 17. ad quod Calvinus noster, *sacrificia Nahaman*, inquit, *Prophetæ Responso* (dicentis ad eum, *abi cum pace*) *probata fuerunt, quod non potuit consequi sine fide.* Inst. lib. 3. cap. 2. §. 32.

§. XIV.

In Novi Testamenti historia exemplum occurrit *Cornelij* Act. 10. 1. & seq. hominis εὐσεβοῦς καὶ φοβουμένου τὸν Θεὸν, ποιοῦντος τε ἐλεημοσύνας πολλὰς τῷ λαῷ, καὶ δεομένου τοῦ Θεοῦ διαπαντὸς ut describitur vers. 2. hunc Limburgius lib. 5. cap. 3. §. 6. *fide* hactenus in *Jesum Christum destitutum dicit.* Nos illum Gentilem quidem origine, non tamen Ethnicis solâ Ratione ductis, sed fidelibus potiùs patribus esse annumerandum asseveranter statuimus, fuerat enim quanquàm incircumcisus, quod ex Act. 15. 7. probari posse videtur,

detur, attamen Proselytus, (Limburg. loc. cit. dicit, *ad summum Proselytum eum justitiæ fuisse*, quod non est simile vero) unum Deum & illum quidem *Judæorum colens*, suamquè in eo fiduciam collocans, salutem à Redemtore nondum patefacto juxta Prophetarum oracula expectans, hinc à Petro de Messia jam præstito, de Jesu nimirum Nazareno ceu vero Messia informandus, atquè ita non fidei initium sed illius potiùs augmentum nacturus; ut contra Limburgium asserere non dubitemus, omninò Cornelium non ampliùs infidelem vel irregenitum fuisse; illumquè jam habuisse Christi promissi cognitionem, quanquàm de illo in Jesu filio Mariæ præstito non instructus sed instruendus demùm fuerit. Verùm si Remonstrantium opinio vera esset, nulla profectò absoluta ad salutem necessitas fuisset ad Cornelium venire Angelum, Petrum ad eum mitti, eumquè adeò de rebus salutem suam concernentibus distinctè erudiri, cùm ex Rationis suæ recto usu jam in salutis via extiterit: scil. tanta Scripturæ vis fieri solet, ubi Rationis idolo tàm devotè thurificatur.

§. XV.

Ad exempla refert sub dissertationis sæpiùs memoratæ finem Curcellæus quosdam Ecclesiæ Doctores tàm veteres quàm novos, quos pro se militare, verasquè Ethnicis virtutes tribuere putat. At illorum quidam, quanquàm ejus thesin tutari videantur, sunt nihilominus alij, quos in rem suam citare prohibere pudor deberet, qui adeò pro eo non militant, ut ejus prorsùs hypothesin destruant, ex quorum

rum numero cumprimis est Augustinus, non Manichæorum duntaxat & Donatistarum sed Pelagianorum, Rationis liberiquè arbitrij patronorum flagellum, hinc tali, quam propugnat Curcellæus, Sententiæ nequaquam patrocinaturus. Verba autem quæ ex Augustini Tract. de Civit. Dei. l. 18. cap. 47. citat, hæc sunt; *Divinitùs autem provisum fuisse non dubito, ut ex hoc uno* (Jobo) *sciremus etiam alias gentes esse potuisse, qui secundum Deum vixerunt, eiquè placuerunt, pertinentes ad spiritualem Hierosolymam.* Certum quidem est hæc in citato loco legi apud Augustinum, sed an ideò Augustinus in ea fuisse sententia dicendus est, quòd Jobus aliæquè Gentes citra fidem & cognitionem Mediatoris secundùm Deum vixerint, ei placuerint, proindequè Cœlesti Hierosolymæ asserti fuerint? hoc vellet Curcellæus, qui Augustini verba truncat & quod caput rei est omittit: Sic enim in meo ulteriùs exemplari lego: *Quod nemini concessum fuisse credendum est, nisi cui Divinitùs revelatus est unus Mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus, qui venturus in Carne sic antiquis sanctis prænuntiabatur, quemadmodum nobis venisse nuntiatus est: ut una eademquè fides per ipsum omnes in Dei Civitatem, in Domum Dei, in Dei Templum prædestinatos perducat ad Deum.* Hæccine ad palatum sunt Curcellæi & gregalium? quâ igitur fronte illud Africæ Sidus in suas pertrahere partes ausus est Curcellæus? Idem Ecclesiæ Doctor in Epist 28. ad Hieronymum: *Certus sum*, inquit, *non esse animam ullam in genere humano cui non sit necessarius ad liberationem Mediator Dei & hominum, homo*

mo Christus Jesus; Sed non necessarius tantùm Mediator, sed & necessaria ejus cognitio, & necessaria ejus fides, ùt in superiori Præsulis Hipponensis dicto videre est.

§. XVI.

Hieronymum ipsum quod spectat, adeò verba quæ Curcellæus tùm ex ejus Commentario in Matth. 22. tum ex illo in Galat. 1. adducit, ei non favent, ut nihil contineant aliud, quàm *inter ipsos quoquè Ethnicos esse diversitatem infinitam, cùm sciamus alios esse proclives ad vitia & ruentes ad mala; alios ad honestatem morum virtutibus deditos*; Virtutes autem illas *esse parentibus obsequi, inopi manum porrigere &c.* At quid hoc ad rem? An ergò ab Hieronymo dicuntur Gentiles absquè fide & Evangelio Christi secundùm Deum vixisse, ei placuisse & ad Spiritualem Hierosolymam pertinuìsse; ut verba repetam Augustini? An quælibet etiam præclara facinora quoad officium & factum nudum, seu actum in conspectum hominum prodeuntem, id est, quoad *substantiam operis*, statim sunt veræ virtutes, quibus quis Deo εὐαρεστῆσαι, ad illum περσέρχεσθαι, eumquè suum experiri μισθαποδότην possit? An idem est corticem quod nucleum & radicem sectari? An idem felicius hominis temperamentum est ad honestatem tantùm civilem conducens, quod vita Spiritualis, quæ per gratiam Christi à Spiritu Sancto inhabitante suppeditatur? Hanc profectò distinctionem egregiè delineatam reperimus in Epist. 5. Au-

gustini ad Marcell. sic loquentis: *Rempublicam primi Romani constituerunt, auxeruntquè virtutibus, etsi non habentes veram pietatem erga verum Deum --- custodientes tamen quandam sui generis probitatem, quæ posset terrenæ civitati constituendæ, augendæ conservandæquè sufficere: Deus enim ostendit in opulentissimo & præclaro Imperio Romanorum, quantum valerent etiam civiles sine vera Religione virtutes. &c.*

§. XVII.

Citat Curcellæus *Chrysostomum* quoquè, qui in Homilijs in Matthæum 37 & 38. duriora quædam habet, quæ in suam noster sententiam flectit. In Hom. 38. sic disserit ille; Τί οὖν; ἠδικήθησαν οἱ πρὸ τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ; ἀδικῶς. Ἔνι γὰρ καὶ μὴ ὁμολογήσαντας χρεὼν τοὐντεῦθεν σωθῆναι· οὐ γὰρ τοῦτο ἀπαιτεῖτο παρ' αὐτῶν, ἀλλὰ τὸ μὴ εἰδωλολατρεῖν. *Aliquis dicet: Quid ergo? illis ne facta est injuria, qui ante Christi adventum vixerunt? Nequaquàm; tunc enim etiam sine Confessione Christi poterat aliquis servari: quippe hoc ab illis non exigebatur, sed ut ab Idololatria abstinerent:* Plura ex eadem Homilia congessit Casaubonus Exercit. 1. ad apparatum Ann. Baronij, ubi Doctissimus Author hæc & similia duriora Chrysostomi dicta commoda interpretatione mollienda esse putat, ne de tanto Ecclesiæ Doctore seciùs opinemur, vel aliquam extra Christum Salutem impiè somniemus; Quocirca, *Chrysostomus*, inquit, *cùm ita loquebatur, de clara & perspicua, atque ut Scholastici loquuntur, explicita Christi notitia sentiebat: non de obscura, ænigmatica & figu-*

ris

ris involuta, qualem Adamus, Patriarchæ & pij deinceps omnes, è vaticinijs de venturo Christo & Symbolis typisquè legalibus, aut peculiari revelatione sunt consecuti; quod varijs celebris istius Ecclesiæ Patris dictis probatum dat, præprimis ex Hom. in Johan. 1. ℣. 10. & *Mundus eum non cognovit*, ubi docet, *omnes pios & Deo charos καὶ πρὸ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας etiam ante adventum Domini in Carne, ipsum cognovisse; & Dominum etiam ante adventum suum fuisse in mundo & Creaturarum suarum curam gessisse, καὶ γνώριμον τοῖς ἀξίοις ἅπασιν ἦν, fuissequè notum omnibus qui digni erant.* Itaquè quòd tantùm explicitam & perspicuam fidem pijs ante adventum Christi denegaverit, probat quoquè ex eo Casaubonus cit. loco pag. 4. a. quòd Chrysostomus in quodam Sermone hæc protulerit verba. οὐδὲ γὰρ ἀπητεῖτο τὴν εἰς τὸν χριστὸν πίστιν πρὸ τῆς τοῦ χριστοῦ παρουσίας. *Ante Christi adventum non exigebatur à Judæis fides in Christum*; alibi verò de Judæis fatsus fuerit, eos expectasse, ὅτι ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ἐλθὼν αἴρει τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. *Agnum Dei venturum qui tolleret peccata mundi.* Fidem ergò Judæis implicitam & obscuram tribuit, non perspicuam & explicitam. Interim eximij istius Ecclesiæ Patris, fidiquè ad tumulum usquè Christi servi per omnia hyperaspisten agere perdifficile est: Talia quippe de Abelis sacrificio, ut & Jobi Pietate tradidisse deprehenditur, quæ cum superioribus parùm convenire videntur; similia haud dubiè traditurus nunquàm, si hæresin Pelagianam, prout deinceps Augustinus, ante oculos habere potuisset. De Abelis Sacrificio in Hom. XII. ad populum Antiochenum, hæc

In 3.ª et 4.ª sec. mediis in partibus advers. Manichæos Symbolo adiecta quoq; scil. Liberistribitrij mentio, g. Grotius ex Origenis exordio περὶ ἀρχῶν collegit, idemq; ep. eo Symbolo, quod in Hieronymi extat Operibus, quod quidem à Pelagio subsignatum est, ad fidem suam Romano Episcopo ostendend., A. Ti hoc fuit eius opus.

hæc ſunt ejus verba, quæ & Spenzero de *Legibus Hebræorum ritualibus* Lib. 3. Diſs. 2. Cap. 4. Sect. 1. ſub finem citari video. Οὐ παρά τινος μαθών, οὐδὲ νόμου περὶ ἀπαρχῶν διαλεγομένου ταῦτα ἀκούσας, ἀλλ' οἰκόθεν, καὶ παρὰ τοῦ συνειδότος διδαχθεὶς τὴν θυσίαν ἐκείνην ἀνέφερε. *Nec ab ullo edoctus, nec lege acceptâ, quæ de primitijs ſtatuebat, ſed magiſtrô domeſticô, animâ officij conſciâ inſtructus, ſacrificium illud offerebat*, quæ quàm Paulo adverſa ſint, in Diſſert. 2. §. 4. & 5. vidimus. De Jobo verò, Chryſoſtomus in *Proëmio Catenæ Patrum*, citante eum & Cl. Spanhemio in ſua *Jobi Hiſtoria*, docet, feciſſe Jobum φύσει τὰ τοῦ νόμου, τῇ ἀδιδάκτῳ γνώμῃ χρώμενον, *naturâ quæ ſunt legis, nemine inſtituente:* Quam ſuprà Sententiam in Theſi Diſſertationis iſtius nona & decima diluimus.

§. XVIII.

At de Chryſoſtomo quicquid ſit, duo alia ex Eccleſia primitiva Lumina, Juſtinum Martyrem, atquè Clementem Alexandrinum, ſuam adtheſin corroborandâ, quàm ſuperiora feliciùs adducit Curcellæus; Etenim Juſtinus Martyr in Apologia ſua ſecunda pro Chriſtianis dicit; *Et quicumquè cum Ratione ac verbo vixere Chriſtiani ſunt, quamvis Athei & nullius numinis Authores habiti ſunt, quales inter Græcos fuere Socrates, Heraclytus &c.* Græca ſic habent; καὶ οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες χριστιανοί εἰσι, κἂν ἄθεοι ἐνομίσθησαν, οἷον ἐν Ἕλλησι μὲν Σωκράτης καὶ Ἡράκλειτος καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῖς. Clemens Alexandrinus, varijs in locis eodem modo

Multi volunt filium Dei λόγον vocari in scaõe
Raõis, 1. qdm Ratio s. cogitaõ ē intimus mentis actus
et ò mente inseparabilis, ita filiū ēē in Patre et
hypostaticā sapiam Patris. 2. sicut intelligens se sibi
repræsentat pfectissē, ita filius Patris semet ipsū intelligētis
perfectissa et intima imago ē. hanc sentiam n̄ tm Patres
ut Basil. M. Gregor. Naz. vid. Wilfiū de sermone Deo
§. 20. sz et plerique Thlīrp adoptant. at n̄ pbat hæc sentiā à
Bezæ, q̄ sit nimis subtilis, ddē quod Johanes n̄ attendent
ad vocem Græcā, sz ad Syrā מלתא quā voce scāt λόγος
προφορικὸς, cū tunc tpis lingua Syra fuerit in Judæa popularis,
et ad voc. מימרא qbus Veteres Messiā notarunt. nec pbat
à Gomaro. vid. Wizium. §. 21. 22. Ergò satius est dicere
filiū Dei vocari λόγον n̄ scaõe Rationis, sed Orationis
et sermonis 1. quia de filio locutus est Deus, Adamo, Abrahamo
Isaaco, Jacobo, Davidi, Prophetis, veluti Spūs Prophetiæ et
testimoniū Jesu. Apoc. 19. 10. q̄ sentia est Bezæ. 2. qa
filius ita se ht ad Patrem, ut sermo ad loquentem, quippe
q Patrem declaravit, x sanè nobis Patrem ἐξηγήσαιο. Joh. 1:18.

modo ſuam prodidit mentem, ut quando Lib. 1. Στρωματέων ſeu *Centonum* affirmat, quòd καθ' ἑαυτὴν ἐδικαίου ποτὲ καὶ ἡ φιλοσοφία τοὺς Ἕλληνας; *Philoſophia quondam per ſe Græcos juſtificabat*, & Lib. 7. ejusdem operis Ἰυδαίοις μὲν νόμον, Ἕλλησι δὲ φιλοσοφίαν μέχρι τῆς (τοῦ χριστοῦ) παρουσίας tribuit. Legem ergò & Philoſophiam duo quaſi Teſtamenta appellat ab eodem Domino diverſis populis in eundem finem tradita, ut loquitur ſuprà laudatus Caſaubonus.

§. XIX.

De ſimilibus igitur Patribus quæritur, unde ſuum derivaverint errorem, adeò Scripturis & V. & N. T. contrarium, quibus tamen explicandis & tradendis unicè incumbere debebant? Certè cùm Juſtinus Martyr *viventes* μετὰ λόγου omnes vocet *Chriſtianos*, atquè de Socrate teſtetur, quòd ab ipſo χριστὸς ὑπὸ μέρους ἐγνώσθη, *ex parte Chriſtus agnitus fuerit*, doceatquè hominem λογικὸν eſſe ſeu Ratione præditum, eò quòd particeps ſit λόγου ἤτοι Χριστοῦ, *Rationis ſeu verbi, quod eſt Chriſtus*; Atque ex eodem principio ſuam quoquè ſententiam ſuſtinuerit Clemens Alexandrinus, ex Schola Platonica hæc eſſe deſumpta omni dubio caret, quam de fide Chriſti non ſufficienter inſtituti in Theologiam incauti invexére; De λόγῳ affirmaverat Plato, ὃν (κόσμον) ἔταξε λόγος ὁ πάντων θειόπατος ὁρατὸν, per λόγον *factum eſſe mundum aſpectabilem*: de λόγῳ nos inſtruit Johannes, πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο Joh. 1:3. hos duos λόγους confudére illi Doctores, quanquàm toto Cœlo diverſos; ὁ λόγος enim

Johannis Evangeliſtæ, eſt λόγος ἐνυπόστατος ſolis notus ijs, quibus Sacra innotuit Scriptura, atquè adeò Dei filius ſecunda ſemper adorandæ Trinitatis Perſona, λόγος autem Platonis eſt Ratio illa, quam ait à Deo ſummo adhibitam in condito mundo. Hinc apud Caſaub. p. 5. monet Baſilius, ὅρα, μὴ ποτέ σε παρακρούσηται τὸ ὁμώνυμον τῆς φωνῆς, ab *Homonymia* vocis λόγος *cavendum eſſe, ne in fraudem incidamus.* In hunc igitur ſcopulum cùm inciderint nominati Patres, anne illorum hâc in parte lapſus fraudi Chriſtianis eſſe debet, ut cum illis opinentur, Gentilibus ſolâ Ratione utentibus ſine fide & cognitione Chriſti contigiſſe ſalutem? Minimè verò, quin imò ex hiſce ſimilibusquè Exemplis nihil Antagoniſtis lucri accedere patet.

§. XX.

Verbulo adhuc quæſiviſſe juvat de meritiſſimi nominis viro, Huldrico Zvinglio, cujus apud Helvetios quinimò omnes bonos memoria Sacro Sancta eſſe debet, an Gentilibus quâ talibus, ſalutem promiſerit? Ratio dubitandi eſt, quòd An. 1525. in ſua fidei Confeſſione Franciſcum I. Galliarum Regem ita compellet. Videbis *Abelem, Enochum, & Herculem, Theſeum, Socratem, Ariſtidem, Antigonum, Numam, Camillum, Catones, Scipiones, hîc anteceſſores tuos, videbis.* Hinc Zvvinglium eorum numero accenſet Curcellæus, qui ſalutem miſeris extra Chriſtum contingere poſſe docuerunt; At 1. opponimus memoratæ Zvvinglij Epiſtolæ, aliam ad eundem Franciſcum I. de vera & falſa Religione perſcriptam;

Et gloriam Patris, cujus attributa maxime festavit, ut vocabulum tris
ὑποστάσεως τοῦ Πατρός. Heb. 1:3. 3. Ita ab eius Patre Verbum
est et filius, ut hic illius Os merito dicatur. Jeremias sane Os Dei vocat
Jer. 15:19. et Joh. Bapt. Vox clamantis in deserto. Joh. 1:23. ubi clamans
Deus est. Ita et ipse Verbum Domini Isai. sive Dei, de filio Dei h. illudum. 4.
quia hoc primo jure Verbum est stipulari et, ei adstipulandum est. hic λόγος Johannis,
λόγος secundum Platonem est idea Dei de mundo condendo, fabricata
ante hunc mundum, et exemplar mundi adspectabilis, à quo et men=
suretur, Deo inferior, minor, junior, nec Deus, sed natus Dei filius, qua
ob intellectu Divino formatus, mundi anima, ipse mundus.
Ceterum Plato ipse, eiusque commentatores, Plotinus, Numenius, Amelius &
intricatos et confusos de Deo conceptus habuerunt, nec intelexerunt, quid
dicerent ipsi. nec recentiores Platonici intelexerunt mentem Christi. ut frustra
Platonicus ille apud August. de Civ. D. l. 10: cum dixerit, aureis litteris de=
scribendum esse Evangelium Johannis initium et in conspicuis Ecclesiarum
omnium locis proponendum. quasi Christi λόγον sumpsisset Platone dem=
vaffel, vel ex Zoroastre, vel Pythagora: cum deturpaverit illum à suis scriptis
Prophetarum. Proud ex Psal. 33. 6: בִּדְבַר יְהוָה שָׁמַיִם נַעֲשׂוּ Verbo Jeh. coelifacti sunt.
וּבְרוּחַ פִּיו כָּל־צְבָאָם et spiritu oris eius omnis exercitus eorum. exer. Col. 1:16. Heb. 1:2.
item ex Verbis Davidis, 2. Sam. 7. 21. בַּעֲבוּר דְּבָרְךָ וּכְלִבְּךָ עָשִׂיתָ אֶת כָּל־הַגְּדֻלָּה הַזֹּאת Verbum tuum — fecisti omnes res istas magnas. ex Hebr. Joh. Reim
hanc Johannis phrasin esse Platonicam. Contra affirmamus, quod Plato et eius
discipuli et Arles doceant de Deo, de Verbo et similibus arcanis Christi
Mysteriis, antiqua traditioni tribuendum esse. Patriarchae n. Trinum de Deo
posteris suis inculcarunt; Veritatis hujus semina late sparsa invaserunt pec=
tora quoque eorum quae superstitionibus et idololatriae occupavit. Philonis scrip=
tiones de Λόγῳ Platonis subtilitatibus plurimum corruptae à simplicitate
Veteris Hebraismi valde degenerarunt; Quae maxime est in Paraphrasi
Chaldaica, ubi מימרא Jehova substituerunt et Deo vel Jehova, innume=
ris locis, et à Deo, cum est ipsum distinguerunt; quum ipsum juxta oneveni
observavem Chaldaeus defuisset ex Gen. 3: 8. ubi Moses dicit, et audiverunt
Vocem Jehovae ambulantem in horto; quum Chaldaeus ita ait
et audiverunt יתקל מימרא דיי Voce ipsi Jehovae Dei ambulantis in horto.

ſcriptam ; quâ veterum Sapientum, ait, Religionem, hypocrisin rectiùs, impietatem & ſuperſtitionem, quàm Religionem nuncupari. 2. De Ethnicis idem docet Reformator, feciſſe eos omnia gloriæ cupiditate. 3. Ubi de homine agit, nemo humani cordis latentes receſſus, hypocriſin, ſuperbiam, ſtoliditatem audentiùs profert. 4. Chriſti Mediatoris neceſſitatem ſingulari rationum pondere in ſuis demonſtravit Scriptis. 5. Deniquè verba, quæ ſuperioribus ſubjunxit, *& quotquot in fide hinc migrarunt*, dubitationem omnem tollunt, dum illa duntaxat lege quosdam in cœlum Gentiles admiſerit, ſi *in fide hinc migrarint*; Igitur ſi nulla fuit eorum fides, nec ulla juxta eum ſalus; ut error adeò ejus hiſtoricus, non verò Theologicus fuerit. At hujus quicquid ſit, hæc Zvvinglij opinio cauſam Remonſtrantium deſtruit, non adjuvat ceu docentium Gentilibus quibusdam contigiſſe ſalutem ſine Mediatoris cognitione & fide, quam heros tamen noſter in illis fuiſſe præſumit.

§. XXI.

Ex hucuſquè dictis abundè, quid de Remonſtrantium Sententia de Patribus antè Chriſtum viventibus ſentiendum ſit, liqueſcit, docentium eos propriè loquendo ad Eccleſiam Chriſti non pertinuiſſe, proinde Dei potiùs, quam Chriſti Mediatoris Eccleſiam dicendos eſſe. vid. Curcell. in Speciali Tractatu de Eccleſia, Cap. 1. §. 11. & Limburg. Theol. Chriſt. l. 7. c. 1. §. 11. nim. eandem eſſe quæ Socini & gregalium, inficiantium fœdus gratiæ ſeu

Evangelium obtinuisse sub veteri quoquè œconomia, quoad rem atquè Substantiam; contrà verò docentium, victimas Legales V. T. propriè & per se fuisse peccatorum expiatorias, saltem leviorum ex ignorantia vel infirmitate admissorum, pro gravioribus verò præter puram Dei Misericordiam nullum fuisse remedium; hinc apertè negantium in V. T. Christum munus suum exercuisse propheticum, utpotè ab eo inchoandum demùm à Baptismo; negantium quoquè Christum quoad dignitatem suam naturalem & essentialem ab æterno in Regem à Deo fuisse constitutum: In Superioribus namquè probatum perspicuè dedimus, Ecclesiæ omni atquè adeò & illi, quæ Messiæ ætatem antegressa fuerat, Articulum de promissione Seminis Mulieris & Abrahami, Serpentis caput contrituri, in quo benedicendæ omnes erant Gentes, Christi nimirum Mediatoris adeò fundamentalem atque creditu necessarium fuisse, ut absquè eo salutis spes non magis Ecclesiæ illi affulserit ac nobis in Novi T. diebus; proinde Patrum fidem cum nostra revera eandem fuisse; Alioquin Christus *heri & hodiè* idem dici non posset Heb. 13:8. nec Prophetæ de eo testimonium perhibuisse dicendi forent. Act. 10:43. nec veteres appellati fuissent *προηλπικότες ante sperantes* in ipsum, Eph. 1:12. Nec Deus dici posset *unus ὃς δικαιώσει circumcisionem ex fide & præputium per fidem.* Rom. 3:30. Nec unus Dominus esset & una fides. Eph. 4:5. *Nec unica tantùm ad salutem via.* Joh. 14:6. *Nec unum nomen sub cœlo datum*, in quo salvari oporteat. Act. 4:12. quin imò sequeretur Deum cum peccatore aliud quam

Gratiæ

Foederis gratia unitas quoad substantiam Trinitatis ante et post Xum. 1.
1. Eo foederis hujus utribus foederatis, Deo Triuno, offenso, at eo gratia reconciliabili et homine offendente, atque Deo reconciliando. vide Gen. 17. 1. 6. 7. Ps. 89. 2.
2. Ya ante et post X est idem Mediator, semper Multiens, q. X applicat Gal. 4:4. Semen Abrahamo promissum, Gen. 12 et 18. et 22. q. Christo applicat Joh. 8. 56 Prophetarum testimonia de X, q. per eis nomen Dei credens remissionem peccatorum accepturus sit. Act. 10: 43.
3. Ya eadem est Stipulatio fidei et respicientis, et eadem adstipulatio, et premio justitiae et vitae, eis respondens restipulatio. Stipulatio fidei sine operibus Christi in promissione Primitiva semini adsit. Superente. sic in Abrahamo credebat fides, et credidit Gen. 15: 1. 5. 6. q. Noeq a Paulo et Jacobo citat, tuque Claviger vaticinii, adde fidelium Catalogum Heb. 11.
Quoad promissionem in gre, eadem est. bona foederis, Justitia X et vita aeterna. Illa evidet in protevangelio. ibi in nobis בזרעך, quo Deus Semen promisit Lapsis Deum eius, et Abrahamo, Isaaco et Jacobo. Gen. 3:15. quae appellatio a David, X et Paulo extra ad beatitudinem et salutem post mortem. Psal. 33:12. Beata gens, אשרי הגוי אלהיו, ibi Psal. 32:12. maxime sic David populum, cui defectio ablata e. Talis via alia Christi et est Dei as Christus cognovis. 2 Pet. 1: 3. 4. adde X hoc interpretatum Matth. 22:31. 32. ubi Vita aeta in Resurrectione incipiet est, et Paulus Heb. 11. 16. non pudet Deum, Deum eum vocari. Praeparavit n. ei civitatem, scil. in mansionibus Patris eadem in Celis. 2. Pet. 5:1. Et Job. c. 19. 23 — 27. q. Noeq supra videndum et Psalmo. Psal. 73: 24, 25, 26. et Salomonis Eccles. 12. 1. 7. q. dit Spiritum redire ad Deum. adde Esai. 45:17. Quinimo Dan. 12: 2. Multi dormientium expergiscent hi לחיי עולם ad vitam aeternam, illi ad opprobria et gaudium eum ipso instar est X dicens Joh. 5: 29. Sentiendum ad veram, ya ipsis dicere Christus Jesus Filius Dei vivi. ubi Dominus in Opinione errorem, et dogma de Geminio statu Sanctorum.
4. Quia idem a Testamentis, quod a βιβλία διαθήκης consilium immutabile Heb. 6:17. Testamentum aeternum. Heb. 13: 20. in quo eadem bona promissa sit, Justitia et reconciliatio cum Deo, et in altera vita hereditas incorruptibilis. In eo id Testator X, quem Pater unigenitum vivit. Et ego dispono vobis sicut Pater mihi testatus est, regnum, Luc. 22: 29. ipse est Testamenti Sponsor. ac tandem est executor tractibus et lapsus eius. Rom. 4. 25. Jo. 19 Κύριος seu Confirmatio, sive tria facta Christi mortis Testatoris.
5. Sic etiam eadem res facta in obsignatione foederis, sive in V. et in N. T. ubi Finis Legis Christus est. Rom. 10: 4. Lex paedagogus fuit in X. Gal. 3: 24. Omnes Prophetae et Lex ipsa prophetarum usque ad Johannem. Matth. 11: 13.

Gratiæ fœdus ad ejus Salutem erigere potuisse: quæ singula sunt absurdissima, ut suprà jam vidimus.

§. XXII.

Rationes verò Remonstrantium, quibus nituntur in contrarium, frivolæ sunt; Certum equidem est, Patres ante Christum amplecti non potuisse Christum exhibitum, sed ex eo nullatenus sequitur, eos non expectasse venturum; Certum quoquè est in V. T. Evangelium à Christo ipso prædicatum non fuisse; sed ex inde non sequitur, tunc temporis non fuisse Evangelium de Christo auditum & περεπαγγελίαν Rom. 1: 2. Tit. 1: 2. Heb. 4: 2. Certum deniquè est Bona Evangelij fuisse in V. T. non quidem actu acquisita, meritoquè Christi adducta, attamen promissa, revelata, fide apprehensa & ratione remissionis peccatorum, sanctificationis, μισθαποδοσίας & κληρονομίας cœlestis &c. collata. Unde & Pater in Christo dicitur omnia & quæ in Cœlis & quæ in terra ἀνακεφαλαιώσασθαι εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν. Eph. 1: 10. Col. 1: 20. Heb. 12: 23.

§. XXIII.

Insuper ex superioribus elucet, quid de *Vocatione* ad salutem *generali* & communi per Opera Creationis & Providentiæ, obscuriore quidem ea & imperfectiore, attamen sufficiente, qua ad Deum homines adduci, majore gratiâ donari, salutisquè æternæ compotes fieri possint, pro qua Remonstrantes, in specie Limb. lib. 4. cap. 11. §. 7. tanquam pro

aris

& focis certant, credendum sit? Eam nim. immane quantum deflectere. 1. Ab absoluta Revelationis Divinæ, hinc & cognitionis fideiquè Christi Necessitate, juxtà Esai. 53:11. בדעתו *per cognitionem suam justificabit justus Servus meus multos.* & Joh. 6:29. *hoc est opus Dei,* ἵνα πιστεύητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος; & quæ alia in Diss. 1. urgentia loca citavimus. 2. A fœdere gratiæ, quod universale nunquàm fuit, ceu nullo omninò tempore omnibus promulgatum; hinc Gentiles durante veteris fœderis œconomia à Deo dicebantur לא עמי Hos. 1:10. οὐ λαός μου, Rom. 9:26. *Extranei à fœderibus.* Eph. 2:12. Adde 3. recedere eam à proposito Dei hominum miserendi minimè universali, utpotè illis duntaxat qui per Evangelium, non verò naturæ opera vocantur, applicando. 4. A Christi satisfactione, in eorum tantum gratiam præstita, qui sibi ex decreto Dei tanquàm *Semen* & *Populus* redimendi dati fuerunt à Patre. 5. A Promissionibus Salutaribus, ijsque absolutis, non ad omnes, sed ad eos duntaxat, quibus bona illis comprehensa conferuntur, sese extendentibus. Et quæ alia contra vocationem generalem adduci argumenta possent suo adducenda loco, si eousquè vitam viresquè protraxerit divina Clementia.

§. XXIV.

Coronidis loco beati Calvini nostri verba adversus Pighium apponere non piget. Si *omnibus* (inquit) *notam esse voluerit Deus suam voluntatem, cur legem suam non publicavit Gentibus, cur inclusam tenuit in angustijs vitæ lucem? Cur non omnibus indifferenter prædicari Evangelium ab initio mundi voluit? Cur tot Seculis tam multas Gentes errare in mortis tenebris passus est?*

Electionem Speciale et quoad. tm hoc ae gbat 1. de Rom. 8. 29. 30. quos praedit, p et
2. Tim. 2. 19. novit Deus qui sunt. 2. de Scriptis in libro vitae. 3. de Vocibus electionis, item
Testamenti. ita haereditatis, item Sponsionis. 4. de Eventu, ovis audiat vocem.

Promissio foederis gratiae, qua beneplacitum Testamentum Dei declaratur, et
tum justitia, qua salus foederatis addicitur, nullam conditionem postulat; altera illa singu-
ribus personis axiomate conditionato applicatur, tum ad indicandum naturam officii et beneficii
tum ad fundandam fiduciam et consolationem Evangelicam. Porro promissionem absolutam sed,
49 1. Ad promissionem foederis Gratiae respicitur Testamentum Dei, in quo est
liberum Dei propositum de dando authore Gratiae, Christo, haereditate Electorum,
Modo justificandi per fidem, haeredibus justitia et sanctione. Hinc subjectum
foederis gratiae et hujus quinis, ab definiti in aeterno Dei consilio, vade
fides ex Electorum. Act. 1: 1. Crediderunt quotquot erant ordinati ad vitam
aeternam Act. 13: 48. qui sunt sapientes, sed pueruli; Matth. 11: 25. 26. et c. 13: 11.
2. Ubi dari nobis mysterium Regni Coelorum, illis autem datum est: 2. Accedit tum hinc sancta
foederis Gratiae, et est eudoxia liberum Dei beneplacitum, quo alios affavit, alios sibi relinquit.
3. tum Sponsio Christi, spondentis pro ipsum. tm, qui in ipso Electi et Praedestinati sunt ad
Hoc ipsum. Eph. 1: 4. 5. 6. ipsum justitiam impetravit, et sua peccata in ipsum conjecta, et ab
ipso ovavit; quo morente illi mortui corpore; quo subditus diecf. 2. Cor. 5: 15. si unus
4. et de Voc. אלה et אבה pretij redemptionis. 4. Universalitas promissionis detrahitur
et de eo, et promissio ad Adamo, Noacho, Abrahamo facta et אמן firmata, et Apostolorum pro-
mulgata in Phineae ad Dies; Orbitrio capitis serpentis in bona fide facta ex Rom. 16: 20.
et infidelis ejus semen hub. nove Dominis serpentis. Joh. 8: 44. Vos estis ex patre Diabolo.
quoad Noachum, Iris Foederis signum fidelibus tum gratiam obsignavit. Esa. 54: 9. et gemino
Gen. 9: 25. 26. ad semen et sociandum Japheti restringit, Chamo exclusio. Promissio
pro Abrahami cognatorum ad Israelitas. Christus ipse אלהים Abraham et Multis. Matt. 20: 28.
et 26: 28. Apostoli dicuntur Electi, semulgatum Foedus Spiritualem electis, rejectis majori
Parte Judaeis. Rom. 11: 20. Act. 13: 48. et Gentibus successive solum excitis.

est? Cur ad tot Gentes ex quo promulgari cœpit Evangelium, nunquam pervenit pura ejus veritas? Deinde cur non omnium oculos peraquè aperuit, quando interior Spiritûs illuminatio, quâ non nisi paucos dignatur, ad fidem necessaria est? Quæ ùt pulchra, ita stringentia sunt, quibus cordatus quivis, modò præjudicijs se exuat, ratiocinijsquè se suis abdicet, & verbo Dei temerè obstrepere nolit, lubens acquiescet. Maneat itaquè inconcussum, unicam duntaxat esse Religionem salutarem, unicamquè fuisse semper, ex quo peccatum vastavit genus humanum; veluti unus est Deus, & Dominus unus; unus Mediator Dei & hominum, & Sponsor unus; Unum meritum & via ad Deum unica, fides quâ Christum nullo non tempore amplexi fuerunt vitæ cœlestis hæredes: Qui in omnia alia eunt, aliaquè Deum Religione salutariter coli posse vel unquàm potuisse apertè docent, non fidos eos Christi servos agnoscimus, ceu sese ad exercendam dictaturam propriam in Throno Dei collocantes; quales omninò sunt, qui τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ cum cognitione Christi Redemtoris, item τὴν τοῦ γνωστοῦ φανέρωσιν, cum Ἀποκαλύψει μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου, Rom. 16:25. porrò opus naturæ cum opere gratiæ, Legem naturæ Dei cum Lege fidei, quin & hominem justum in statu Innocentiæ, ceu Subjectum Legis Naturæ observandæ capax & idoneum cum homine per peccatum corrupto tanquàm Subjecto Legis seu Conditionis vitæ implendæ incapace & inidoneo, Exactionem deniquè debiti, quod est omnium hominum & Judæorum & Gentium, cum ostensione Sponsoris debitum illud in se suscipientis confundunt, permiscent,

cent & intricant, prout facere Religionis Communis hyperaspistas vidimus hactenùs. Vel an fidi Christi servi meritó agnoscerentur, Ecclesiæquè ejus aggregarentur, qui posthabitis cunctis alijs Religionis principijs ad Christum tanquám unicum fidei suæ objectum cum Apostolis non recurrunt, cum ipsis exclamaturi, *Domine, ad quem abibimus, verba vitæ æternæ habes.* Joh. 6:68. Vel qui cum Paulo, tanto Ecclesiæ Doctore, non faciunt, præter fidem in Dominum Jesum Commentariensi nullum ad salutem remedium consulente. Act. 16:31. Nec cum eodem Romanis hucusquè solô Rationis Lumine gaudentibus Evangelium ceu unicam cunctis credentibus Potentiam ad salutem annuntiante. Rom. 1:16. Nec cum solenni ejusdem declaratione, se non judicare *εἰδέναι τι scire quicquàm nisi Jesum Christum crucrifixum.* 1. Cor. 2:2. Hæc premere vestigia fidis Christi Summi Doctoris Discipulis convenit. Qui neglectis ijs aliam vel olim ante Christi adventum sive jam inter Gentiles sive Judæos fuisse, vel etiamnum esse Salutis semitam fingunt docentquè, à Christo unica vitæ via abducunt, gloriam ejus obfuscant, imò extinguunt; nec glorificant Patrem ex alto Cœlo ingeminantem; *Hic est filius meus Dilectus*, ἐν ᾧ εὐδόκησα, in quo omne meum beneplacitum est; Αὐτοῦ ἀκούετε *hunc audite*, vivâ ei fide adstipulantes. Gratulentur adeò sibi Antagonistæ, quantùm velint, de sua Theologiæ tractandæ Methodo, ob pietatis Praxin in singulis ferè capitibus monstrari solitam, parùm vel nihil proficient; quando quidem nulla est sine fide Pietas, nec ulla sine Christi notitia fides.

F I N I S.